



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Vtrum causa originalis peccati, quæ est in carne sit culpa vel pœna. E. F.  
G

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

*amor. aa  
illud Conde-  
lector enim  
legi. Rom. 7.*

est lex carnis. Idem. Non habitat peccatum in ani-  
ma sed in carne: quia peccati causa ex carne est, nō  
ex anima: quia caro est ex origine carnis peccati,  
& per traducem omnis caro sit eausa peccati: ani-  
ma vero non traducitur, & ideo in se causam pec-  
cati non habet. Augustinus quoque ex carne pec-  
catum animam contrahere in sermone quodā de  
verbis Apostoli ostendit, dicens, Vitiū cōcupiscē-  
tiæ est quod anima non ex se, sed ex carne contra-  
xit, Natura quippe humana non operē Dei cū vi-  
tio primit⁹ est instituta, sed ex volūtatis arbitrio  
primorū hominū venienti vitio est sancita, itavt  
nō sit in carne bonū, sed vitiū q̄ inficitur anima.

*De causa originalis peccati, quæ est in carne. Vtrum sit  
culpa, an pœna.*

Hic quæri solet: Vtrū causa peccati originalis q̄  
dicta est esse in carne, culpa sit, vel pœna, sive aliqd  
aliud. Culpa esse non potest: quia culpa non est in  
re irrationali. Si enim culpa esset in carne ante in-  
fusionem animæ, actualis esset, vel originalis. Sed  
actualis ibi non est, nec originalis culpa est, q̄aip-  
sa causa est originalis peccati. Si autē pœna est, q̄  
est illa? passibilitas, vel mortalitas, vel alia corru-  
ptio. Hos enim defectus carni inesse constat.

*Hic aperitur quid sit fœditas tracta ex libidine coeun-  
tium, que vitium vel corruptio dici  
potest.*

Ad quod dici potest, quod multiplex defectus  
carnis, & præcipue pollutio quædā, quam ex fer-  
uore coitus parentum & concupiscētia libidino-  
sa contrahit caro dū cōcipitur, causa est originalis  
peccati: q̄ recte vitiū, sive corruptio carnis appell-  
ari pot. Quæ fœditas maior videtur esse in carne  
cōcupiscentialiter traducta q̄ in ea vnde traduci-  
tur: Et quod vitiū vel corruptio sit in carne ante  
coniunctionē animæ, effectu probatur, cū anima  
infunditur, quæ ex corruptione carnis maculatur:  
sicut

Hic ut in vase dignoscitur vitium esse, cum vinum infusum acescit.

*Inductu similiū ostendit, non absurde dici filios trahere peccatum à parentibus, etiam mundis.*

G

Ne autem miremur, & intellectu turbemur audentes peccatum origine filios traducere à parentibus, iā per baptismum ab illo peccato mundatis, diuersarum similitudinū inductione id posse fieri insinuat Augu. in li. de baptismo paruolorum, inquiēs: *Quo modo præputium per circumcisō aufertur, manet tamē in eo quē genuerunt circumcisio: quomodo etiā palea q̄ opere humāo missione in tanta diligentia separatur, manet tamē in fructu* fine. tom. 7, qui de purgato nascitur tritico: ita peccatū, quod in parentibus p̄ baptismū mūdatur, manet in eis quos genuerunt. Ex hoc n. gignunt, quod adhuc veteratum trahunt: non ex hoc, quod lex in nouitate p̄motuit eos inter filios Dei. Non enim generat parentes filios secundum illam generationē, qua denuo nati sunt: sed potius secundum illam, qua carnaliter & ipsi primum sunt generati.

*Quare dicatur originale hic dicitur cum epilogo.* H

*Aug. li. ca.  
1. de pecca-  
torum me-  
ritis & re-  
missione in  
fructu fine. tom. 7.*

Iam ostensum est, quid sit originale peccatū, & qualiter à parentibus in filios, & per carnem in animā transeat. Ex quibus etiā innotescit quare dicatur originale peccatū: ideo scil. quia ex vitiosa lege orig. nō nostrę, in qua concipimur, scil. carnis libidinosa concupiscentia, traducitur, ut supra dictum est; Non n. quia ex carne traximus q̄a & Christi corpus ex eadē carne formatum est, quæ ab Adam cōcepti sumus, ideo peccatum traximus q̄a & Christi corpus ex eadē carne formatum est, quæ ab Adam descendit: sed e. us conceptus est celebratus non lege peccati, i. concupiscentia carnis, vnde & caro eius peccatrix nō fuit, immo operationes spiritus sancti. Noster vero conceptus no fit sine libidine, & ideo nō est sine peccato. Quod euidēter Aug. Ca. 2 In me. ostens-